

& uenerabili atque constantinopolitano antistite exau-
 thenaco missis. Quae & iam antehoc per innocentium prbm
 & marcellum subdiaconos per quos ad nos ab eis directa sunt. uenera-
 bilis memoriae bonifatio epō decessori uro anobis transmissa sunt.
 In quibus tale aliquid non potuimus reperire. Executores
 & iam clericos uros quibusque potentibus nolite mittere. Nolite
 concedere ne fumosum typhum seculi ecclesiam xpi qua elucet
 simplicitas & humilitatis diem. Om̄ uidere cupientibus presertim
 uideamur inducere. Nam de fratre nro fustano amoto iam
 profuit nefandis nequitus de xpi ecclesia dolendo a pario
 securi sumus. Quod eum prouitatem ac moderatione tua esca-
 tatur. salua fraterna caritate ulterius in africa minime patiantur.
 Et alia manu dñi nri sc̄itatem uram seu longiore orantem
 pro nobis custodiat domine frater. **EXPLICIT**
AFRICANI CONCILII. INCIPIT
EPISTOLA DECRETALIS PAPAE
 SIRICII SIRICII HIMERIO EPŌ TARRACONENSI SALUTEM.

Siricius papa Successor
 Damasi a. 385.
 obiit. 398.

Directa ad decessorem nrm sc̄e recordationis damasum
 fraternitatis tuae relatio. meam in sedem ipsius constitutum
 quia sic dñs ordinauit. Inuenit quem cum in conuentum fratrum
 solita tuae legeremus tantum inuenimus quae reprehensione
 & correctione sint digna. Quanta obtaremus laudanda
 cognoscere. Et quia necesse nos erat in eius labores curasque
 succedere. cui per di gratiam suscepimus in honorem facti
 ut oportebat. primitus meae profectionis indicio ad
 singula prouidentis aspirare digna tua est. Consultationi
 tuae responsum competens non negauimus quia officium nri

consideratione non ē nobis dissimulare. Non est tacere
 libertas quibus maior cunctis xpiane religionis zelus
 incumbit. Por tamur honora omnium qui grauantur quin
 immo haec portat in nobis beatus apostolus petrus quinos
 in omnibus ut confidimus administrationis suae protegit & tuetur
 heredes. **DE ARRIANIS N̄ REBAPTIZANDIS.**

Prima itaque pagine tuae fonte signata baptizatos ab impijs
 arrianis plurimos ad fidem catholicam festinare. & quosdam
 defraatribus nris eosdem denuo baptizare uelle quod non licet.
 Cum hoc fieri & ap̄t̄s uet̄ & canones contradicant. & post
 cassatum ariminense concilium missa ad prouincias auene
 rande memoriae predecessorum meo liberio generalia decreta
 prohibeant. Quos nos cum nouatianis aliisque hereticis
 sicut est in synodo constitutum. per inuocationem solam sepo
 formis sp̄s episcopalis manus impositione catholicorum
 conuentui sociamus. Quod & iam totus orientis occidentis que
 custodit a quo tramite. uos quo que post hac minime con
 uenit deuiare si non uultis anro collegio synodali sententia
 separari. **UI PRÆTER PASCHA**
 & pentecosten bapasma non celebretur.

Sequitur de diuersis baptizandorum pro ut unicuique
 libitum fuerit improbabilis & emendata confusio quae
 anris sacer dotibus quod commota dicimus non ratione auc
 toritatis alicuius. sed sola temeritate p̄sumitur ut passim
 ac libere natalicij xp̄i seu apparitionis. nec non & aposto
 lorum seu martirum festiuitatibus innumere. ut assensu
 plebes bapasma mysterium consequantur. Cum hoc sibi

priuilegium apud nos & apud omnes ecclesias dominicum
 specialiter cum pentecosten suo pascha defendat. Quibus
 solis per annum diebus ad fidem confluentibus generalia
 baptismatis tradi conuenit sacramenta. His dumtaxat electis
 qui ante quadraginta uel eo amplius dies nomen dederint.
 & ex orationibus condanisque orationibus atque ieiuniis fuerint
 expiati. Quatenus apostolica illa impleatur preceptio. ut
 expurgato fermento ueteri noua incipiat esse conspersio.
 sicut sacra ergo paschalem reuerentiam in nullo dicimus
 esse minuendam. Ita sanctorum quinecundum loqui poter
 per etatem uel his quibus in qualibet necessitate opus fuerit
 sacriunda baptismatis. Omniuolumus caelestis succurri.
 ne ad infernarum perniciem tendat animarum. sine gato desi
 derantibus fonte salutari. Exiens unusquisque de seculo
 & regnum perdat & uitam. Quicumque & iam discrimen
 naufragii hostilitatis incursum obsidionis ambiguum uel
 cuius libet corporalis. Egritudinem desperationis inciderint
 & sibi unico credulitatis auxilio poposcerint subueniri.
 Eodem quo posant momento temporis expetite regene
 rationis premia consequantur. Actenus erratum in hac
 parte sufficiat. Nunc prestatam regulam omnes teneant
 sacer dotes qui nolunt ab apostolice petre. super quam
 xpi uniuersalem confluxit ecclesiam soliditate diuelli.

DE APOSTATIS. III.

Ad iectum est & iam quosdam xpianos ad apostasiam
 quoddam nefas est transeuntes. & idolorum cultu

ac sacrificiorum contaminatione profanatos. quorū xpi corpore & sanguine quodudum redempti fuerant renascendo iubemus abscidi. & si resipiscentes forte aliquando fuerint ad lamenta conuersi. His quamdiu uiuunt. agenda poenitentia est & in ultimo fine suo. Reconciliationis gratia tribuenda quia docent edñō. Nolo mortem peccatoris tantum ut conuertatur & uiuat. **QUOD NON LICEAT** alterius sponsam ad matrimonium iura sortari.

iiii. De con iugali autem uelatione requisitis. sedis sponsatam aliu puellam alter in matrimonium possit accipere. hoc ne fiat modis omnibus inhihemus quia illa benedictio quam nuptiarū sacerdos inponit apud fideles cuiusdam sacrilegi inftar est si uellat transgressione uioletur. **DE HIS QUI** poenitentiam minime seruauerunt.

v. De his uero non incongrue dilectio tua apostolicam sedem creditit consulendam. Qui acta poenitentia tamquam canes ac ues admonitis profanos & uolutabra redeuntes. & militie cinctulum & ludicras uoluptates & noua coniugia & inhihibitos denuo appetuere concubitus. Quorum professam incontinentiam generati post absolutionem filios prouiderunt. De quibus quia iam suffugium non habent poenitendi. Id duximus decernendum ut solam tra ecclesiam fidelibus oratione iungantur. Sacre misteriorum celebritati quamuis non mereantur inter sint. Ad dominice autem mensē conuiuio segre gentur. ut hac saltem defrictione correpti & ipsi in se sua errata castigent. & alius exemplum tribuant quatenus ab obscenis cupiditatibus retrahantur. quibus tamen

quoniam carnali fragilitate ceciderunt. uatico munere
cum ad dñm ceperint proficisci. per communionis gratiam
uolumus subueniri. quam formam & circa mulieres quae se
post penitentiam talibus pollutionibus deuinxerunt.

DE MONACHIS ET VIRGINIBUS PROPOSITUM NON SERUANTIBUS.

VI

Preter ea monachorum quosdam atque monacharum
ab iecto p̄posito sc̄itatis in tantam proteritatis demersos esse
lasciuam. ut prius clanculo uelut sub monasteriorum p̄textatu.
Inlicita acta sacrilega se contagione miscuerint. Postea uero in
apruptum conscientiae desperatione perducti. De illicitis comple
xibus libere filios procrearunt. quod & publice legis & ecclesiastica
iura condemnant. haec igitur impudicae detestabilesq; personas
a monasteriorum coetu. Ecclesiarumque conuentibus eliminandas
et mandamus. quatenus retrusse in suis erga talis tantum facinus
continuo lamentatione deflentes. purificatorio possint poeni
tudinis ignis de quo quere. ut eis uel ad mortem saltem solius
misericordiae intuitu per communionis gratiam possint indul
gentia subuenire. **DE CLERICIS INCONTINENTIBUS:**

VII

Veniamus nunc ad sacros timos ordines clericorum quos in uene
rande re legionis iniuriam. Itaper uas prouincias calcator
atque confusus caritatisque insinuante repperimus. ut hieremie
nobis uoce dicendum sit. Quis dauid capiteo aquam aut oculis
meis fontem lacrimarum & flebo populum hunc die ac nocte.
Si ergo beatus propheta ad lugenda populi peccata non sibi ait
lacrimas posse sufficere. quanto nos possumus dolore percelli.
Cum eorum qui in nro corpore compellimur facinora deplorare.

Quibus precipue secundum beatum ~~beatum~~ paulum. Infantia
cotidiana & sollicitudo omnium ecclesiarum indefinenter incūbit.
Quis enim infirmatur & non infirmor quisscandalizatur & non ego.
Plurimos enim sacerdotēs xpi atque leuitas post longa consecrationis
sue tempora tam de coniugis propriis quam & iam de turpicuita sobole
didicimus procreasse. & crimen suum hac prescriptione defendere
quam ueteri testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas
legitur adtributa. Dicat mihi nunc quisquis ille est sectatur libidinū
p̄ceptorumque uitiorum. si festinat quia in lege moysi passim sacris
ordinibus ad dōnro laxata sunt frenaluxoriae. Cur eos quibus
committebantur scā scōrum promouē dicent. scā estote quia & lego
scā sum dñs dñs. Cur & iam procul a suis domibus annouicissimē
in templo habitare iussi sunt sacerdotes. hac uidelicet ratione ne uel
cum uxoribus possint carnale exercere cum merum ut conscientie
integritate fulgentes. Acceptabile dōmunus offerrent quibus
expleto deseruita omnisque tempore uxori usus solius successionis
causa fuerat relaxatus quia non ex alia nisi ex tribu leui quisquam
ad i ministerium fuerat p̄ceptus admitti. unde & dñs ih̄s cum nos
suam lustrasset & aduentu. In euangelio protestatur quia legem
uenerit implere non soluere. & ideo ecclesiam cuius sponsus ē.
forma fugat uoluit splendore faciare. ut in die iudicii cum
rursus ad uenerit sine macula & ruga eūm poscat. sicut per apostolū
suum insinuat repperire quarum sanctorū om̄s sacerdotes
atque leuitas insolubili lege confringimur ut adie ordinationis
nr̄e sobrietati ac pudicitie & cordanra mancipemur & corpora.
Dum modo per omnia dōnro in his quae cotidie offerimus
sacrificis placeamus. Quia autem in carnes sunt dicente electionis

ua sed placere non possunt. uos autem iam non estis in carne
 sed in spiritu. Si autem spiritus sanctus habitat in uobis. & ubi poterit nisi
 in corporibus sicut legimus. sanctus spiritus habitare & qui aliquanti
 de quibus loquimur ut uas carnis retulit ne lapsos esse se deflent.
 Hisa conditione misericordiam dicimus non negandam. ut sine
 ullo honoris augmento in hoc quod delectati sunt quamdiu uiixerint
 officio perseuerent. si autem posthac continenter se studuerint
 exhibere. In uero quibus licet a priuilegi excusatione nituntur
 ut sibi afferunt ueteri hoc lege concessum. Nouerint se ab omni
 ecclesiae facio honore quo indigne uisunt. Apostolice sedis auc
 toritate delectos. Nec unquam posse ueneranda ad directare
 miseria a quibus se ipsi. Dum obscenis cupiditatibus in hiant
 pribauerunt. & quia exempla presentia cauere nos promouent
 in futurum. qui libet episcopi presbiteri atque diaconi. quod non optamus
 deinceps fuerit talis inuentus. Jam nunc sibi omnem per nos
 indulgentiae additum intellegat obseruatum. quia ferro
 necesse est excidantur uulneraque fomentum non senserint
 medicinam. **DE CLERICIS QUAE
 DE ANTI PROMOUERI.**

VIII Dicimus & iam licenter ac libere in exploratae uitae homines
 quibus & iam fuerint numerosa coniugia ad praefixas digni
 tates. prout cuiusque libuerit adspirare. Quod non tantum
 illis qui ad haec immoderata ambitione perueniunt. quantum
 metro politanis specialiter pontificibus imputamus. Quidam
 inhibita ausibus conhibent dominum. Quantum in se est praepcepta
 contemnant. & ut taceamus quod alius suspicamus. ubi
 illud est quod dominum data per moysen lege constituit dicens.

Sacerdotes mei semel nubant. & alio loco sacerdos uxorem
uirginem accipiat. Non uiduam non repudiatam non mere-
tricem. Quod secutus apte ex parte secutore predicatur unius
uxoris uirum. Tam sacerdotem quam diaconum fieri
debere mandauit. Quae omnia ita uirarum regionum despicit
untur episcopi. Quasi in contrarium magis fuerint constituta. &
quia non est nobis de huiusmodi usurpationibus neglegendum.
Nemo indignatus domini uox iusta corripiat quae dicitur. uidebas
furem & curtebas cum eo & popebas tuum cum adulteris
portionem. Quid ab uniuersis post haec ecclesiis sequendum sit.
Quid uitandum generali pronuntiatione determinamus.

DE CLERICO CONuersatione

VIII. **Q**uicumque itaque se ecclesiae uouit obsequium a sua in-
fantia ante pubertatis annis baptizari & lectorum
debet ministerio sociari qui accessu ad adolescentiam usque
ad tricesimum aetatis annum si probabiliter uixerit una
tantum & ea quam uirginem communiter sacerdotem
benedictione percipere. uxore contentus acolitus
& subdiaconus esse debet. postquam ad diaconi gradum si se ipse
primitus continentia praesente dignum prouerit accedat.
ubi si ultra quinque annos laudabiliter ministrari congrue
praesbyterium consequatur. Exinde post decennium
episcopalem cathedram poterit ad ipsam. si tamen per haec
tempora integritas uitae huiusmodi eius fuerit approbata.

DE GERANDEUIS.

X. **Q**uero iam aetate grande uis melioris proposita con-
uersatione prouocatus ex laico ad sacram militiam

peruenire festinat. Desiderius sui fructum non aliter
 obtineat nisi eo quod baptizatur tempore factam lectorum
 aut exorcistarum numero societur. si tamen eum unum habu-
 isse uel habere & hanc uirginem accepisse constat uxorem.
 Quidum imitari fuerit expleto biennio per quinquennium
 aliud acolitus & subdiaconus fiat. & sic ad diaconatum si per haec
 tempora dignus iudicatus fuerit proueat. Exinde iam
 accessu temporum praerbyterium uel episcopatum si eum cleri
 ac plebis euocauerit electio non in merito sortietur.

**quod clericus qui secundam
 duxerit deponatur.**

XI

Quisquis sancti clericus aut uiduam aut certe secundam
 coniugem duxerit omni ecclesiarum dignitate
 priuilegio mox nudetur. Laici tantum sibi communionem
 concessa. quam ita demum poterit possidere. si nihil postea
 quod hanc perdat admittat. **quae feminae
 cum clericis habenti**

XII

Feminas uero non alias esse patitur in domibus clericorum
 nisi ea tantum quas proprias solas necessitudinum causas
 habitare cum hisdem synodus nichena permissit. **de monachorum promotione.**

XIII

Monachos quoque quos tamen morum grauitas & uitae
 ac fidei infirmitas sancta commendat clericorum officio
 adgregari. & optamus & uolumus ita ut quintus trices-
 simum aetatis annum sunt in minoribus per gradus singulos
 crescente tempora promouentur ordinibus & sic ad diacon-
 atum uel praerbyterii insignia mature aetatis consecratione

perueniant. Nec salus ad episcopatus culmen ascendant.
Nisi in his eademque singulis dignitatibus superius prefiximus
tempora fuerint custodita. **QUOD POENITENS
NON FIT CLERICUS.**

XIII Illud quoque nos par fuit providere ut sicut poenitentiam
agere cuiquam non conceditur clericorum. Ita & post peni-
tentiam ac reconciliationem nullum quam laico liceat honore
clericatus adipisci. Quia quamuis sint omnium peccatorum
contagione mundati. Nulla tamen debent gerendorum
sacramentorum instrumenta suscipere. quid dum fuerint
uasa uitiorum. **UT SI PER IGNORANTIAM
POENITENTES DICAMUS UEL UIDUE MARTIRI FACTUS FUERIT
NON PROMOUEATUR.**

XV Et quia his omnibus quae in reprehensionem ueniunt sola
excusatio ignoracionis obtenditur. Cum nos inter im solus
pietatis intuitu necesse est clementer ignoscere. Quicumque
poenitens quicumque digamus quicumque uidue martiris
ad sacram militiam indebite & incompetenter inrepsit. Hac
sibi condicione a nobis ueniam intellegat relaxatam. ut in
magno debeat computare beneficio si adempta sibi omni spe
promotionis. In hoc quoque inuenitur ordine perpetua
stabilitate permaneat. scilicet post hac prouinciarum om-
nium summi antistes. quod si ultra ad sacros ordines quem
quam de talibus crediderint adsumendum. & de suo & de eoru
statu quos contra canones. & interdicta nostra prouexerint.
congruam apostolica sede promendam esse sententiam.
Explicuimus ut arbitror frater carissime uniuersa

finis ept pap. simoni

quaedigestasunt inquerellam. & ad singulas causas de quibus
per filium nrm bassianum prbm ad romanam ecclesiam. utpote
ad caput tuum corporis retulisti sufficientia quantum opinio
responsa reddidimus. Nunc frater nraas tuae animum ad ser
uandus canones & tenenda decretalia constituta magis ac magis
incitamus. ut haec quae ad tua consultiare scripsimus omnium
coepiscoporum nrorum perferri facias notitiam. & non solum
eorum qui in tua sunt diucesi constituta. sed & iam ad uniuersas
carthagenenses ac boeticas lusitanas atque gallicas uel eos
qui uicinis tibi conlimitant. hinc inde prouincis haec quae a nobis
sunt salubri ordinatione. disposita sub litterarum tuarum pro
secutione mittantur. & quamquam statuta sedis apostolice uel
canonum uenerabilia definita. Nulli sacerdotum dñi ignorare
sibi liberum. ut illi uis tamen & pro antiquitate sacerdotum tui dilec
tionis esse admodum poterit gloriosum. haec quae ad te speciali
nomine generaliter scriptasunt. per unanimitatis tuae sollici
tudinem in uniuersorum fratrum nrorum notitiam perferantur.
Quatenos & quae a nobis non insulse sed prouide sub nimia
cautela & deliberatione sunt & salubriter constituta in teme
rata permaneat. & omnibus in posterum excusationibus
aditus qui a nulli apud nos patere poterit inferuatur.

Da. in id febr. arcadio & bauto. **UOCC CONSS**
INCIPIT EPISTOLA REGULARIS PAPE INNOCENTII.

Innocentius decimus epō egubino salutem in fidei uita ecclesi
astica ut sunt abeatis apostolorum tradita. Integra uel lent
seruare dñi sacerdotes. Nulla diuersitas nulla uarietas in ipsi
ordinibus & consecrationibus haberetur. sed dum unusquisque

Mortuus a. 417.
15 annis post. sub
arcadio etc.

14 *Incipit ept pap innocenti.*

non quod traditum est sed quod sibi uisum fuerit. hoc exifamat. ee.
tenendum. In diuersa indueris locis ue ecclesiis aut teneri
aut celebrari uidentur. hac fit scandalum populis. Quidum nesciunt
traditiones antiquas. humana psumptione corruptas putent sibi
aut ecclesias non conuenire aut ab apostolis uel apostolicis uiris
contrarietatem inductam. Qui enim nesciat aut non aduertat.
Id quod a principe apostolorum petro romane ecclesie traditum e.
ac nunc usque custoditur ab omnibus debere seruari. nec super
duci aut introducti aliquid quod aut auctoritate non habeat.
Aut aliunde accipere uideatur exemplum. Presertim cum sit
manifestum in omnem italiam. gallias. hispanias. africanam atque
sicilicam insulasque inter iacentes. nullum in futuris se ecclesie
nisi eos quos uenerabilis apl petrus aut eius successores constat in
sacerdotes aut legant. si in his prouinciis ab us apostolorum
inuenitur aut legitur inuenisse. docuisse. Qui si non legunt
quia nusquam inueniant. Oportet nos hoc sequi quod ecclesia
romana custodit. aqua eos principum accepisse non dubium est.
Nedum peregrinis a fertionibus fudeant capud in sationem
uideantur omittere. se pedilectionem tuam ad urbem uenisse
ac nobiscum in ecclesia conuenisse non dubium est. & quem
morem uel in consecrandis miseris. uel in ceteris agendis
arcanis teneat cognouisse. Quod sufficeret & arbitraret ad
informationem. si precessores tui minus aliquid aut aliter
tenuerint satis certum habere nisi de aliquibus consulendos
nos esse duxisset. Quibus idcirco respondimus non quod te
aliqua ignorare credamus. sed ut maiore auctoritate
uel tuas in futuris uel si quis romane ecclesie in sationibus

errant. aut communeas aut iudicare non differas. ut scire
ualeamus qui sint qui aut nouitates inducunt aut alterius ecclesie
quam romane existant consuetudinem esse seruandam.

DE PACE POST CONFECTA MYSTERIA DANDA.

I Pacem igitur asserit ante confecta mysteria quosdam populi
imperare uel sibi inter sacerdotes tradere. Cum post omnia que
aperire non debeo pax sit necessaria indicenda. per quam
confectum populum ad omnia que in mysteriis aguntur atque in
ecclesia celebrantur. prebuisse consensum ac finita esse pacis
concludentis signaculo demonstrantur.

DE NOMINIBUS

II **D**enomimibus. **ANTE ECCE SACERDOTIS RECITANDIS.**
uero sectandis antequam pretem sacerdos faciat atque eorum
oblationes quorum nomina recitanda sunt sua oratione comenda.
Quam super fluum sit & ipse pro tua prudentia recognoscat. ut
cuius hostiam necdum do offerat eius antefit. nomen in sinu
quam uis illi incognitum nihil sit. prius uero oblationes sunt
commendande. Actunc eorum nomina quorum sunt edicenda
ut inter sacramenta nominentur. non inter alia que ante
premitum ut ipsi misteris uiam futuris praecibus apperi
amus. **QUONIAM DEBEANT BAPTIZATI IN SIGNARI**

III

De confignandis uero infantibus manifestum est. Non ab alia
quam ab episcopo fieri licere. Nam presbiter licet sint sacerdotes ponti
ficatus tamen apicem non habent. Hoc autem pontificibus
solis deberi ut uel confignent uel paracletum spiritum tradant.
Non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat. uerum illa
lectio actuum apostolorum que asserit petrum & iohannem
effecit rectos qui uiam baptizati tradant spiritum sanctum. Nam presbiter

seu extra ep̄m seupre sente ep̄o cum baptizant x̄ristmate
 baptizatos unguere licet sed quod ab ep̄o fuerit consecratum.
 Non tamen frontem ex eodem oleo signare quod solus debetur
 ep̄i cum tradant sp̄m paraclitum uerba uero dicere non possum.
 Nemagis proderet uideat quam ad consolationem respondere.

Q̄D & ITE OMNIBUS SABBATO IEIUNETUR.

Sabbatum uero ieiunandum esse ratio euidentissima demonstrat.
 Nam si diem dominicum ob uenerabilem resurrectionem
 dñi nr̄i ih̄u xp̄i non solum in pascha celebramus uerum etiam
 per singulos circulos ebdomadarum ipsius diei imaginem
 frequentamus. Ac si sexta feria propter passionem dñi ieiunamus
 sabbatum pretermittere non debemus quin
 tristitiam atque letitiam temporis illius uidetur inclusus.
 Nam utique constat apostolum biduo isto & immerore fuisse
 & propter metum iudeorum seculuisse. Quod utique non
 dubium est in tantum eos ieiunasse ^{bi} duo memoratur ut tra
 ditio ecclesiae habeat ut biduo sacramenta pentus non cele
 brari. quae for ma utique per singula tenenda est ebdomadae
 propter id quod cum memoratio die illius semper est cele
 branda. quod si putant semel atque uno sabbato ieiunandum.
 Ergo & dominicum. & vi. f. semel in pascha erit utique
 celebrandum. si autem dñi diei. ac vi. f. per singulas ebd̄
 reparanda imago est. Dementis est bidui agere consuetu
 dinem sabbato pretermissa cum non disparem habeat
 causam. A. VI. uidelicet feria in qua dñs passus est
 quando & ad inferos fuit. ut tertia die resurgens redderet
 letitiam post biduanam. Tristitiam precedentem

Non ergo nos negamus. vi. f. ieiunandum sed dicimus & sab̄b
hoc agendum quia ambobus trinitatem ap̄tis uel his qui xpm
secuti sunt indixerunt. Qui die dominico hilarati non solum
ipsum festiuissimum esse uoluerint. uerum & iam per omnes
ebdomadas frequentandum esse duxer. **DE FERMENTO
CITATIS PR̄BI DIRIGENDUM.**

Defermento quod die dominica per titulum mittimus super flue
nos consulere uoluita. Cum om̄s ecclesie nr̄e in ciuitatem
sint confatute quarum pr̄bi quia die ipso propter plebem
sibi creditam nobiscum conuenire non possunt. Idcirco fer
mentum a nobis confectum per acolathus accipiunt. ut se an̄
communionem maxime illa die non iudicent separator. quod
per parroecias fieri debere non puto quia non longe portandas
sacramenta. nec nos per amitteria diuersa confatutas pr̄bis
definamus & pr̄bi eorum conficiendorum ius habeant atq;
licentiam. **DE ENERGU MENIS BAPTIZANDIS.**

VI. **D**ehis uero baptizatis qui postea demonio aut uitio aliquo
aut peccato interueniente arripiuntur. quae si uel dilectio
tua si a pr̄bo uel diacono possint aut debeant consignari.
quod hoc nisi ep̄s precipere non licet & nam ei manus inponenda
omnino non est nisi ep̄s auctoritatem dederit id efficiendi.
ut autem fiat ep̄s est temperare ut manus ei uel a pr̄bo uel
a ceteris clericis inponatur. Nam quomodo id fieri sine magno
labore poterit ut longe confatutus ener guminus ad ep̄m
deducatur. cum sit talis casus ei in itinere acciderit nec fieri
ad ep̄m nec referri ad sua facile possit. **DE POS
NITIENIIBUS.**

VII. De poenitentibus autem qui sibi ex grauioribus commissis siue ex leuioribus poenitentiam gerunt . si nulla interueniat egritudo . **V. FERANTE PASCHA.**

Eis remittendum romane ecclesie consuetudo demonstrat . Ceterorum deponere et fumando delectorum sacerdotis est iudicare . ut attendat ad confessionem penitentis & ad fletus atque lacrimas corrigentis actum iubere dimitti . Cum uiderit congruam satisfactionem . sanis qui egritudinem incidit atque usque ad desperationem deuenit ei . Est ante tempus pasche relaxandum ne de seculo atque communione discedat .
DE EPISTOLA S. IACOBI APTI IN QUAE PRO INFIRMIS ORARE PERCUTITUR

VIII. Sane quoniam de hoc sic uti de ceteris consulere uoluit dilectio tua adiecit . Et iam si filius meus celestianus diaconus in epistola sua esse a tua dilectione positum . Illud quod in beati apostoli iacobi epistolam conscriptum est . Infirmatur quis in uobis inducat presbiteros & orem super eum unguentes eum oleo in nomine dñi . & oratio fidei saluauit infirmum & suscitauit illum dñs . & si in peccatis fuerit remittetur ei . quod non est dubium de fidelibus egrotantibus accipi . uel intellegi debere qui scō oleo chrismatis per ungui possunt . qđ ab epō confectum non solum sacerdotibus sed omnibus ut xpianis licet in sua aut suorum necessitate unguendum . Ceterum illud superfluum uideamus adiectum . ut de epō ambigatur quod presbyteris licere non dubium est . Nam idcirco praesbyteris dictum est quia epō occupationibus aliis impediti ad omnes languidus ire non possunt . Ceterum si epō aut postea ut dignum ducit aliquem a se uisitandum

negantur.

& benedicere & tangere x̄ristmate sine unctione potest
 cuius est ipsum x̄ristma conficere. Nam poenitentibus reliqua
 sacramenta istud fundi non potest qui agnus est sacramenta.
 Quomodo unum genus putatur posse concedi. his igitur fr̄t
 carissime omnibus quaetua dilectio uoluit a nobis exponi.
 prout potuimus respondere curauimus ut ecclesiastica romanam
 consuetudinem aqua originem ducit seruare ualeat atque custodire.
 Reliqua uero que scribitur fas non erant. Cum ad fueris interrogati
 poterimus edicere. Erit autem potentie dñi & iam id procurare
 ut & tuam ecclesiam & clericos nros qui sub tuo pontificio diuinis
 famulantur officis bene instituas. & alius formam tribuas
 quam debeant imitari. Data xiiii. kl̄ apl̄ theodosio augusto
 vii. & pelladio. uñccss.

EXPLICIT DECRETIS

Epistola pape innocenti. Incipit eiusdem alia.

Innocentius uictorio ep̄o rano manensi salutem. & sit tibi fr̄t
 carissime pro merito & honore sacerdoti quo plurimum
 polles. uiuendi & docendi ecclesie sc̄e regule nota sunt omnia
 neque est aliquid de quod sacris lectionibus tibi minus collectum
 esse uideatur. Tamen quia romane ecclesie normam atque
 auctoritatem magnopere postulata. uoluntate tua e morem
 admodum gerens de gesta uite & morum probabiliu disciplinas
 annexas litteris meis misi. per quas aduertant ecclesiarum
 regionis ur̄e populi quibus & regulis xp̄ianorum uita. In sua
 cuiuscumque professione debeat contineri qualisq; seruetur
 in ur̄bis rom̄e ecclesiis disciplina erit dilectionis tue & p̄lebes
 finitimas. & confacer dotes nros qui in illis regionibus propriis
 ecclesiis p̄sident. Regularum hunc librum quasi didascalum

cum atque monitorem sedula insinuare ut & nos cognoscere
 & ad fidem confluentium mores. ualeant docendi soliditate
 formare. Aut enim propositum suum ex hac r̄ congruente
 lectione cognoscant. Aut si quid adhuc desideratur facile poterit
 ex bona imitatione supplere. Incipiamus igitur ad iudicium
 sc̄o apostolo petro. per quem & apostolatus & episcopatus
 in xp̄o cepit exordid. ut quoniam plures sepe emer serunt
 cause que in aliquantat non erant cause sed crimine. Ut de cetero
 sollicitudo sit unicuique sacerdoti in sua ecclesia curam huius
 modi habere. Sicut ap̄t̄s p̄dicat paulus talem ecclesiam dō exhibendā
 Non habentem maculam aut rugam ne alicuius mor uide ovis
 afflati conscientiar̄a contaminata uiolentur. propt̄ eo igitur
 qui uel ignorantiam uel desidia non tenent ecclesiasticam disci
 plinam & multa non p̄sumenda p̄sumunt. Recte postulasti
 ut illis partibus istius modiquam tenet & ecclesia romana forma
 seruetur. Non quod noua precepta aliquamperentur. Sed
 ea quae per desidia aliquorum neglecta sunt. Ab omnibus
 obseruari cupiamus quae tamen apostolica & patrum traditione
 sunt confirmata. Scriptum ē namque a te solono censer. 33.
 ad timotheum paulo monente. fate & tenete traditiones nr̄as
 siue per uerbum siue per epistolam illud certe tuam debet mente
 uehementius excitare. ut ab omni labe seculi istius immunis
 antedī conspectum securis inueniaris. Cum multum enim creditur
 plus ab eo exigatur. Ergo qm̄ non pro nobis tantum sed pro populo
 xp̄i cogimur prestare rationem. Disciplinadī sc̄ifica populum
 erudire debemus. Existerunt enim nonnulli qui statuta maiorū
 non tenentes ⁱⁿ castitatem ecclesie sua p̄sumptione uiolant.

populi flabore sequentes & diuicium non timentes. Ergo
 ne silentio nro ex his amemus his prebere consensum. Dicent dno.
 uidebas furem & currebas cum eo. haec sunt quae deinceps in
 tuitu diuini iudicii. Omnem catholicum epm expedit custodire.

**QUOD EXTRA CONSCIENTIAM METRO
 POLITANON ORDINETUR EPS.**

VIII.

Primum ut extra conscientiam metropolitaniepi nullus
 audeat ordinare. Integrum enim iudicium est quod plurimoru
 sententia confirmatur. Nec unus epi ordinare psumat ne furta u
 beneficium praesertim uideatur. hoc enim & a modo nicheno
 constitutum atque definitum. **QUI AD CLERUM**
 admitti non possunt & ad clericorum cause ad propriis ter

MINENTUR EPISCOPIS.

X

Item si quis post remissionem peccatorum in gulum militiae secularis
 habuerit ad clericatum admitti omnino non debeat. si quae aut
 cause uel contentiones inter clericos tam superioris ordinis quam
 & iam inferioris fuerint exorte. ut secundum synodum nichenam
 congregatis eiusdem prouintiae episcopis. Turgium terminetur
 nec aliquid liceat sine praedictio tamen romane ecclesiae.

Relictis his sacerdotibus qui in eadem prouincia die ecclesiam nutu
 diuino gubernant. ad alias conuolare prouincias quod si quis
 forte psumpserit & ab officio cleri submotus & iniuriarum
 reus ab omnibus iudicetur. si autem maioris cause in medio
 fuerit deuoluit ad sedem apostolicam sicut synodus statuit
 post iudicium episcopale referatur. **UT UIUAM**

CLRS NON DUCAT UXOREM.

XI.

Vt uiduam clericus non ducat uxorem. quia scriptum est

Sacerdos uxorem uirginem accipit & non uiduam non eiecit.

Itemque ad sacerdotium labore suo & uite prouitate contendit. Cauere debet ne hoc preiudicio impeditur peruenire non possit.

UT SUI LAICUS UIDUAM DUXERIT CLER. N. FIAT.

XII **V**his qui uiduam licet laicus duxit uxorem. siue ante baptismum siue post baptismum non admittantur ad clerum. Quia eodem uicio uidetur exclusus. In baptismo autem crimina dimittuntur non accepte uxoris consortium se laxatur. **UT CLER. N. SIT QUI SECUNDUM HABUERIT.**

XIII **N**ehis qui secundam duxerit uxorem clericus fiat quia scriptum est. unius uxoris uirum. & iterum sacerdotem semel nubant. & alibi sacerdotem non nubant amplius. Ac ne aliquibus excusetur ante baptismum. si forte quis accepit uxorem & eadem seculo recedente alteram duxit in baptismo esse dimissum satis erat a regula. quia in baptismo peccata remittuntur. non acceptarum uxorum numerus aboletur. Cum utique uxor ex legis precepto ducatur in tantum ut & in paradiso cum parentes humani generis coniungentur ab ipso sint domini benedicti. & salomon dicat ad dominum preparabitur uiro uxor quam formam & iam sacerdotem omnes seruare uisus ipse demonstret ecclesiae. satis enim absurdum est aliquem credere uxorem ante baptismum acceptam post baptismum non computari. Cum benedictio que per sacerdotem super nubentes imponitur. non mater iam delinquendi dedisse. sed formam tenuisse legis ad dominum antiquitus infirmitate doceatur quod si non putatur uxores reconputanda quae ante baptismum ducta est. ergo nec filii qui ante baptismum geniti sunt pro filii habentur. **UT ALTERIUS CLERICUS**

ORDINARE NULLUS P̄SUMET EP̄S

Vt de aliena ecclesia clericum ordinare nullus usurpæ nisi eius ep̄s
p̄sibus exortatus concedere uoluerit. hoc & iam synodus statuit
in nichena ut abiectum ab altero clericum altera ecclesia non recipiat.

QUOD SACERDOTES ET LEUITÆ CŪ MULIERIBUS COIRE NŌ DEBEANT.

XV **V**t uenientes a nouationis uel motibus per manus tantum in po-
sitionem suscipiantur quia quamuis ab hereticis tamen in xp̄i nomine
baptizati sunt. preter eos qui si forte a nobis ad illos transeuntes rebap-
tizati sunt. hi si resipiscentes & ruinas suas cogitantes redire maluerint.
sub longa penitentiæ satisfactione admittendi sunt.

XVI **P**raeter ea quod dignum & pudicum & honestum est tenere ecclesia
omni modo debet ut sacerdos & leuitus cum uxoribus suis coeant
quia ministri cotidiani necessitatibus occupantur. scriptum ē.
enim sciēstote quoniam ego sc̄s sum dñs d̄s uester. Nam prius
temporibus de templi d̄i sacerdotes annouicissus non discedebant.
sicut de zacharia legimus. nec domum suam omnino tangebant.
quibus utique pp̄t subolis successionem uxori usus fuerat relaxatus.
quia ex aliatribus p̄ter ex femine aaron ad sacerdotum nullus
fuerat p̄ceptus accedere. quanto magis hi sacerdotes uel leuiti
pudicitiam ex d̄ordinationis suae seruare debeant. Quibus uel
sacerdotum uel ministerium sine successionem est. nec preterit dies
qua uel a sacrificiis diuinis uel baptismatis officio uacant. Nam
si paulus ad corinthios scribit dicens. Abstinet uos a tempore
ut uacatis orationi. & hoc utique uacat p̄ceptum multo magis sacer-
dotes quibus & orandi & sacrificandi iuge officium est semper
debeant ab eiusmodi consortio abstinere. qui si contaminatus

fuerit acarnali concupiscentia quopudore uel sacrificare forsitan
 usurpauit. Aut qua conscientia quomerito ex audire succredit.
 Cum dictum sit. Omnia munda mundis conquinata sunt autem & infidelibus
 nihil mundum. sed fortasse licere hoc credit quia scriptum est unus
 uxoris uirum non permanentem in concupiscentiam generandi dixit.
 sed propter consuetudinem futuram. neque enim integros corpore non ad
 misit. qui ait uellem autem omnes sic esse sicut & ego. & aperit
 declarat dicens. Qui autem in carne sunt dō placere non possunt.
 uos autem iam non estis in carne sed in spū. **QUOD MONACHS**
 si clericus factus fuerit propositum suum seruare debeat.

XVII **D**emonachis quid iam morantes in monasteriis postea ad clericatus
 ordinem per uenerint non debere eos a priori p̄posito deuiare
 aut enim sicut in monasterio fuit & quod diu seruauit in meliori gradu
 positus admittere non debet aut si corruptus postea baptizatus
 & in monasterio sedens ad clericatum ordinem ~~ordinem~~ accedere
 uoluerit. uxorem omnino habere non poterit. quia nec benedicti
 cum sponsa potest iam ante corruptus. quae forma seruatur in
 clericis maxime cum uetus regula hoc habeat. ut quisque corruptus
 baptizatus clericus esse uoluit & spondeat se uxorem omnino non
 ducere. **UT EX CURIALIBUS CLERICUS**
 non fiat propter uoluntates quas diabulo inuentas exhibere epellitur.

XVIII **P**roter ea frequenter quidam ex fratribus nostris curiales uel quibus
 libet publicis functionibus occupatos clericos facere contendunt.
 Quibus postea maior tristitia cum dereuocandis eis aliquid ab im
 peratore p̄cipitur quam gratianascitur. De abscito constat enim
 eos impis munus uoluptates & iam exhibere quas diabulo inuentas
 esse nondubium est. & ludorum aut numerum apparatus

aut preesse aut forsitan inter esse. sic certe in exemplum sollicitudo
 & tristitia fratrum. quam in sepe pertulimus imperatore presente
 cum pro his sepius rogaremur. quam ipse nobiscum positus cognouit
 quibus non solum inferiores clerici excusantibus. uerum & iam
 iam in sacerdotio constituta ingens molestia ut redderentur
 instabat. **DE VIRGINIBUS UELATIS
 SI DEUIAUERIT.**

XVIII

Item qui xpo spiritualiter nubunt & a sacerdote uelantur.
 si postea uel publice nupserint uel se danculo corruerint. non
 eas admittendas esse ad negendam poenitentiam. nisi si cui se
 iunxerat de mundo recesserit. si enim de hominibus hec ratio
 custoditur ut quaecumque uiuente uiro alteri nupserit habeatur
 adultera nec ei agende poenitentiae licentia concedatur.
 Nisi unus ex his fuerit defunctus quantum magis de illa tenenda est
 quae ante immortalis sponso coniunxerat. & postea ad humanas
 nuptias transmigravit. **DE VIRGINIBUS NON
 UELATIS SI DEUIAUERINT.**

XX.

Haec uero quae nec diuina sacra uelamine tectae tamen in proposito
 uirginalis est per se simulaueri permanere. licet & uelatae
 non fuerint si fors tenuberint his agenda aliquando tempore
 poenitentiae. e. quia sponso eius ad no tenebatur. si enim inter
 homines sol & bonae fidei contractus nulla ratione dissolui.
 Quantum magis ista pollicitatio quam cum deo pepigit solui sine
 uindicta non poterit. Nam si aptr paulus quae a reposito
 uiduetaas discesserant. Dixit eas habere damnationem
 quia primam fidem irritam fecerunt. quanto potius uirg
 quae priori promissioni fidem frangere sunt conatae.

Haec itaque regula frater karissime si plena uigilantia
 fuerit ab omnibus discipulis obseruata cessauit ambitio
 dissensio conquiescit. Heresis & schismata non emergunt. locum
 non accipit diabolus seruiendi. manebit unanimitas iniquitas
 superata calcabitur ueritas spiritali feruore flagrauit. Pax
 predicata labiis cum uoluntate animi concordauit. Implebitur
 edictum apostoli ut unanimes unum sentientes permaneamus
 in xpo. Nihil per contentionem nobis neque per inanem gloriam
 uindicantes. Non hominibus sed dno saluatori placentes.
 Cui est honor & gloria in secula seculorum amen.

Innocentius exuperio ep̄o tolosano salutem. Consulem tibi frat̄
 karissime quid de proposita specie unaquaque sentirem. pro
 capiti intelligen̄tiae meae quae sunt uisa respondi. Quid sequendū
 uel quod hic illis ratio persuaderet uel auctoritas lectionis
 ostenderet. uel custodia series temporum demonstraret. Et quidē
 dilectio tua in futurum secuta prudentium ad sedem apostolicam
 referre maluit quid deberet de rebus dubiis custodire. potius
 quam usurpationem p̄sumpta quae sibi uiderentur de singulis obanere.

Cur enim magis pudendum putemus dicere aliquid quam omnino
 nescire. mihi quoque ipsi de consolatione docilitas accedit. ut
 per scrutatis rationibus ad proposita respondere compellar
 eo que fit. ut & aliquid semper addiscat qui postulatur ut doceat.

Proponam igitur singula subiciamque responsum. **DE IN
 CONTINENTIA SACERDOTUM
 UEL LEUITARUM.**

Proposuita quid de his obseruari debeat quos in diaconi
 ministerio aut officio presbyterii positos incontinentes.

esse aut fuisse generata filii prodiderunt. De his & diumarum
 legum est disciplina & beate recordationis uiri sirici epi
 monita euidencia commendarunt. ut incontinentes in officis
 talibus positi. omni honore ecclesiastico priuarentur nec ad
 mittantur ad tale ministerium. quod sola continentia oportet
 impleri. Est enim uetus admodum sacre legis auctoritas
 iam inde ab initio custodia. Quod in templo annouicissimo
 diuisi sua habitare praeceptum sunt sacerdotes ut seruientes
 sacris oblationibus puros & ab omni labe purgatos sibi iudicent
 diuina mysteria. Neque eos ad sacrificia fas sit admitti.
 qui exercent uel cum uxore carnale consortium quia scriptum est.
 Sci estote quia & ego scis sum dñs dñs uester. Quibus utique
 propter subolis successionem. propterea uxoris usus fuerat
 relaxatus quia ex alia tribu ad sacerdotium nullus fuerat
 p̄ceptus accedere. Quantomagis hi sacerdoter uelle uitae
 pudicitiam ex die ordinationis suae seruare debent. Quibus
 uel sacerdotium uel ministerium sine successionem est. Nec
 p̄terit dies quauel sacrificiis diuinis uel baptismatis officio
 uacent. Nam si paulus ad corinthios scribit dicens. **Abstinetis**
 uos ad tempus ut uacetis orationi & hoc utique laicis his
 preceptum multo magis sacerdotes quibus & orandi & sacrifi
 candi iuge officium est. semper debent ab huiusmodi
 consortio abstinere. Qui si contaminatus fuerit carnali con
 cupiscentia quopudore uel sacrificare usur pauit aut qua
 conscientia quouemerito exaudiri se credit cum dicitur sit
 omnia munda mundis. Conquinatis autem & infidelibus
 nihil mundum. sed fortasse hoc licere credit quia scriptum est.

cuius uxoris uirum non permanente in concupiscentiam
 generandi hoc dixit. sed propter continentiam futuram neque
 enim integros corpore non admisit quia uellem autem omni
 fic esse sicut & ego & aperte declaratur dicens. Qui autem in carne
 sunt deo placere non possunt & habentem filios non generaliter dixit.
 Sed ea plena dispar & diuisa sententia est. Nam si ad aliquos
 forma illa ecclesiasticae uite pariter & discipline quae ab episcopo
 sericio ad prouincias committitur non probabitur peruenisse.
 his ignorantiae uenia remittetur. Ita ut de cetero poenitentur
 incipiant abstinerere. & ita gradus suos in quibus inuenta fuerant
 sic retinent ut eis non liceat ad potiora conscendere. Quibus in bene
 ficio esse debet quod hunc ipsum locum quem retinent non
 amittant. si qui autem scit se formam uidentem missam a sericio
 deteguntur. neque statim cupiditates libidinis abiectis. Illi sunt
 modi hominibus submouendi qui post admonitionem cognitam
 proponendam arbitrati sunt uoluptatem.

DE UL TIMA POENITENTIA

XXII **E** hoc questum est quid de his obseruari oporteat qui post
 baptismum omni tempore in continentiae uoluptatibus dediti
 in extremo sine uite suae poenitentiam simul & reconciliationem
 communionis exposcunt. De his obseruatio prior durior posterior
 interuenientem misericordia inclinatio est. Nam consuetudo
 prior tenuit ut concederetur poenitentia sed communio negaretur.
 Nam cum illis temporibus crebre persecutiones essent. Ne
 communionis concessa facilitas homines ad reconciliationem
 securus non reuocaret & a lapsu. merito negata communio est
 concessa poenitentia ne tota poenitentia negaretur. & durior est.

remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam dñi noster
 pacem ecclesis reddidit. Jam ter ore depulso communionem
 dari ab euntibus placuit. & propter dñi misericordiam quasi
 uaticum profecturus. & nemo uationi hereticis negantibus ueniã
 asperitatem & duriciam subsequi uideamur. Tribuitur ergo
 cum poenitentia extrema communio. Ut homines huiusmodi
 uel in supremis suis permitte saluatoris nro a perpetuo
 exilio uindicentur. **DE ADMINISTRATORIBUS.**

XXIII.

Quaesitum etiam est super his qui post baptismum administra-
 uerunt & aut tormenta sola exercuerunt. Aut etiam capitale
 protulerunt sententiam. De his nihil legimus a maioribus definitum.
 memnerant enim ad potestates has fuisse concessas. & propter
 uindictam noxio rem gladium fuisse permisisum. Et dimisit
 terium esse datum in huiusmodi uindictam. Quomodo igitur
 reprehenderent factum quod auctore dño uiderent esse. concessum.
 De his ergo ita ut actenus seruatum est. si habere mus ne aut
 disciplinam euertere aut contra auctoritatem dñi uenire uide-
 amur. Ipsis autem in ratione reddenda gestasua omnia serua-
 buntur. **QD UIRICUM AD ULTERIS N' CONUENIANT.**

XXIII.

Et illud desideratum sciri cur communicantes uirum ad alteris
 uxoribus non conueniant. Cum contra uxores in consortio ad
 alterorum uirorum manere uideantur. super hoc xpiana
 ad uterum in ueroque sexu pari ratione condempnat. sed uiros
 suos mulieres non facile de adulterio accusant. & non habent
 latentia peccata uindictam. uiri autem liberius uxores ad
 alteras apud sacer dotes deferre consuerunt. & ideo mulieribus
 proclito earum crimine communio denegatur. uirorum aut

latente commissio non facile quisquam ex suspicionibus
 abstinetur. qui utique submouebitur si eius flagitium detegat.
 Cum ergo par causa sit interdum probatione cessante uindicta
 ratio conquiescit. **quod qui preces**

uel criminales dictant habeantur immunes.
XV Illud etiam scitari uoluiti antequam dictantibus liberum conce
 datur utique post baptismi regenerationem a principibus
 poscere mortem alicuius uel sanguinem de reatu. quam rem
 principem numquam sine cognitione concedunt. sed ad iudices
 commissa ipsa uel crimine semper remittunt. ut causa cognita
 uindictentur quaecumque sit ori fuerint de lagata. aut absolu
 tio aut damnatio pro negotii qualitate proferatur. & dum
 legum in improbos exercetur auctoritas erit dictator immunis.

quod hi qui intercedente
repudio diuortium per tuler' aliusque se unxer' nuptiis adult'
SEMONS TRENTUR

XVI De his etiam requisit dilectio tua quinterueniente repudio
 alius matrimonio copularunt. Quos utroque parte
 adulteros esse manifestum est. qui uero uel uxore
 uiuente quam uis dissociatum uideatur esse coniugium
 ad aliam copulam festinar'. neque possunt adulteri non uideri
 in tantum ut etiam heperione quibus tales coniuncti sunt.
 etiam ipse ad uterum commissse uideantur. secundum illud
 quod legimus in euangl'. Quid misert uxorem suam & duxerit
 aliam moechatur. similiter & quid missam duxerit moechatur.
 & ideo omni a communione fidelium abstinentos. De parentibus
 autem aut propinquis eorum nihil tale statui potest nisi

Nisi intertores inliciti consortii fuisse detegantur. **QUI LIBRI
INCANON RECIPIANTUR.**

XXVII. Qui uero recipiantur incanonem scripturarum breuis
adnexus ostendit. haec sunt ergo quae desiderant amoneri
uoce uoluita. moysi libri quinque. id est genesis. exodus.
leuiticus. numeri & deuteronomium necnon & hiesinae
& iudicum & regnorum libri quattuor. simul & ruth ppha
libri sedecim salomonis libri quinque praeterum. Item
historiarum iob liber unus. tobis unus. hesier. unus. iudit
unus. machabeorum duo. hesdre duo. Paralypomenon duo.
Item noui testamenti euangeliorum libri quattuor. aptorum
pauli epistole quattuordecim. ept ioh tres. epis petri due.
Epistola iude. epis iacobi actus aplos. apocalypsin ioh. Cetera
autem quae uel sub nomine mathie siue iacobi minoris uel
sub nomine petri & ioh quae quodam leuitio scripta sunt sub
nomine andree quae anexo charide & leomida philosophis uel
sub nomine thome. & si quae sunt alia non solum repudianda
uerum & iam noueris esse damnanda. **DXI X KT**

MARIEI S I L I C O N E I I

& anthemio. cons. epistulae pape innocenti. IIII. Incipit
eiusdem papae innocenti ad felicem epm nucerianum.

Innocentius felici epo nuceriano mirari non possumus dilectione
tuam sequi instituta maiorum. Omniaque quae possunt aliqua
recipere dubitationem ad nos quasi ad capud atque ad apicem
episcopatus referre. ut consulta uidelicet sedis apostolica
ex ipsis rebus tuis certum aliquid faciendum. quae pronuncia
quod nos & libenter accipimus & dilectionem memorem

alia

canonum probamus. scriptura igitur quod seruoore fidei quo
 pollet & amore se plebis uel reparauerit ecclesias di uel nouas
 quas que conseruauerit. sed in his clericos quos constituas non habere.
 Aliquos uero multos aliquos dicimus esse ad quod sapimus
 prudente uirum debet uoluisse consulere. Que omnibus sunt certa
 ratione conperta. ergo non quasi ignoranti dicimus sed in alius
 forsitan occupatos istud oblitus esse uos dicimus.

+

S I Q U I S U O L E N S P A R T E M S I B I

corpore amputauerit clericus esse non potest nolens autem potest.

XXVIII **Q**uoniam partem cuiuslibet & digiti sibi ipse uolens abscidit.
 hunc ad clericum canones non admittunt. Cui uero casu aliquo
 conigit dum aut operi rustico curam impendit. aut aliquid
 faciens si non sponte percussit hos canones precipium & clericus
 fuerint & si in clero fuerint reperti non abici. In illis enim
 uoluntas est iudicata que sibi ausa fuit ferrum inicere quod
 salice & alii id facere dubitare non possit. In istis uero casus.

ueniam meruit. **Q U O D D I C A M U S**
A D C L E R I C U M A D M I T T I N O N T O S S U N T.

XXVII **D**edignis autem nec consulidebuit quod manifesta sit lectio
 apostoli. unius uxoris uirum ad sacerdotium siue ad clericatum
 admitti debere. & hanc ipsam tamen si uirginem accepit
 nam ea que habuerit ante uirum licet defunctus sit. tamen
 si clerico postea fuerit copulata clericus qui eam accepit
 esse non poterit. quam lege cautum est. non uiduam non
 abiectam habere posse conjugem sacerdotem.

Q U I D E L A I C I S A D C L E R I C U M
D E B E A N T P R O M O U E R I.

